

1222 gener 21

*MEMÒRIA dels pagaments exigibles a la lleuda anomenada d'en Mediona. Trasllat de 21 de febrer de 1447.*

[A]. Original perdut.

B. AHCG. *Llibre Vermell*, f. 115-116v.

**Translatum memorie de lezdis, vocatum d'en Mediona.**

Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam memoria laudarum in forma publica impresa et per alphabetum divisa, cuius series talis est.

«Hec est memoria de leudis que sunt inter dominum regem et Guillelmum de Mediona, de suis terminis. Carrega piperis donat V solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et inde habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Carrega gale dat duos solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Linum donat duos solidos de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona, et inferius totum. Catomaplum dat duos solidos tam de vendicione quam de empciones et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona, et inferius totum. Carrega de *falleta* dat V solidos tam de empzione quam de vendicione et septem denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendat ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona, et inferius totum. *Comí* donat duos solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex<sup>1</sup> duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona. *Cumí* dulce dat vintenum tam de vendicione quam de passatico et est Guillelmi de Mediona. *Grana* dat quinque solidos tam de vendicione quam de empzione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. *Gingiber* dat V solidos tam empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Incensum dat V solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. *Can ella* dat V solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex per duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Masticum dat V solidos tam empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Lacha donat V solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam cargam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Carrega de *brasil* dat duos solidos tam de vendicione quam de empzione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et quando est media carrega, est Guillelmi de Mediona et inferius totum et nichil capit ibi dominus rex. Carrega de *orxica* duos solidos et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus duas partes et Guillelmus de Mediona mediam terciam partem. Et quando est media carrega, est Guillelmi de Mediona et inferius totum et nichil capit ibi dominus rex. Carrega de stagno duos solidos et XII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partes. /115v/ Et quando est media carrega est Guillelmi de Mediona et inferius totum et nichil capit ibi

dominus rex. Carrega de *roura* duos solidos et VII denarios de passatico. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et quando est media carrega est Guillelmi de Mediona et inferius totum et nichil capit ibi dominus rex. *Indi* donat V solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de passatico. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Oleum duos solidos tam de empzione quam de vendicione et VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam est Guillelmi de Mediona et inferius totum. *Classa* duos solidos de VII denarios et obolum de *passatge*. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Omnes alie species donant ad valorem piperis. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Cera dat duos solidos et VII denarios et obolum de passatico. Et in hoc habet dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si descendit ad mediam carregam est Guillelmi de Mediona et inferius totum. Seda duos denarios libra tam de empzione quam vendicione. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Et si ille qui vendit predictam sedam facit aliam quamlibet empcionem de ipsa peccunia, perdit Guillelmus de Mediona suum directum de quacumque empzione que fecerit dictus venditor prefate sede. Chorium unumquodque bovis, duos denarios. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Unum cent de *cumils*, tres denarios. Et levat dominus rex unum denarium per usaticum et in aliis duobus denariis qui remanent habet Guillelmus de Mediona terciam partem, postquam computatur ad carregam. Unum cent de *boquines* duos solidos tam de empzione quam vendicione. Et capit inde dominus rex terciam partem per usaticum et in duabus partibus que remanent habet Guillelmus de Mediona terciam partem. Et in VII denariis et obolum de passatico in quibus Guillelmus de Mediona terciam partem. Unum cent de *moltonines*, duos solidos tam de empzione quam vendicione. Et capit inde dominus rex terciam partem per usaticum et in duabus partibus que remanent habet Guillelmus de Mediona terciam partem et septem denarios et obolum de passatico, in quibus Guillelmus de Mediona terciam partem. *Cent de aguines* duos denarios. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium et VII denarios et obolum de *passatge la carga* et in hoc habet Guillelmus de Mediona medietatem. Lana donat vintenum et VII denarios et obolum de passatico carga. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Et si descendit ad mediam cargam, est Guillelmi de Mediona et inferius totum. *Dotzena de gats* duos denarios et rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium, et VII denarios et obolum *la carga* de passatico et dividunt per medium. *Dotzena de fanyes*, duos denarios. Et rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. *Pessa* de fustam duos denarios. Et est unus denarius domini regis per usaticum et in alio denario habet Guillelmus de Mediona terciam partem. Tela, duos denarios. Et est unus denarius domini regis per usaticum et in alio denario habet Guillelmus de Mediona tertiam partem. Pressetum rubeum et totus pannus<sup>2</sup> de colore, tam pressetum quam salia de colore, donat XII denarios unaque pecia. Et in hoc capit dominus rex septimam partem per usaticum et in alio quod remanet accipit Guillelmus de Mediona terciam partem. Pannis albus, tam salia quam pressetum, VII denarios unaquaque pecia. Et in hoc capit rex septimam partem per usaticum et in alio quod remanet accipit Guillelmus de Mediona terciam partem. *Pessia de bruydes* et totus alius vergatus, VII denarios unaquaque pecia. Et in hoc accipit rex septimam partem per usaticum et in alio quod remanet accipit Guillelmus de Mediona terciam partem. Totus pannus de lana, quod se vendit ad canam, unum denarium de unaquaque cana. Et in hoc habet septimam partem rex et in alio quod remanet habet Guillelmus de Mediona terciam partem. Unaquaque penna de *cunills*, tres denarios de leuda. Et est unus denarius domini regis per usaticum et in alio quod remanet habet Guillelmus de Mediona tertiam partem. Fuste penne non putabant ad amplius de media carga. Sunt due partes Guillelmi de Mediona et tertia domini regi et non accipit ibi rex aliquod usaticum. Unaquaque penna de *aguells*, duos denarios. Et rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Centum de cabrite, tria obola. Et habet inde rex unum obolum per usaticum et in alio quod remanet accipit Guillelmus de Mediona terciam partem. Et si non puiabant ad amplius de media carga, habet ibi Guillelmus de Mediona duas partes et dominus rex tertiam partem. *Totes tres dosses et collers* sunt Guillelmi de Mediona tam de vendicione quam passatico. Et tote leude habitantium de Cluse usque ad Segre sunt Guillelmi de Mediona de anere de *pes*. Et si est draperia, habet ibi dominus rex septimam partem et Guillelmus de Mediona sex partes. Et in coriis bovum istorum habitantium habet dominus rex medietatem et Guillelmus de Mediona aliam medietatem. Et de pellibus de *gats*, eodem modo. Et de seda, eodem modo. Et in bochinis ipsorum habitantium habet dominus rex terciam partem et Guillelmus de Mediona duas partes. Et in cunillis ipsorum habitantium habet dominus rex terciam partem et Guillelmus de Mediona duas partes. Et in omni quiramo ipsorum habitantium habet dominus rex terciam partem et Guillelmus de Mediona duas partes. In

bestiis caballinis et sarracenis habet dominus rex medietatem et Guillelmus de Mediona aliam medietatem ipsorum habitancium. Bestia cabellina donat /116/ XVI denarios de leuda. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium et VIII denarios de passatico et hoc passaticum est Guillelmi de Mediona. Sarracenus donat XVI denarios de leuda. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium et VIII denarios de passatico et hoc passaticum est Guillelmi de Mediona. *Dotzena* de pellibus marcelli duos denarios et in hoc habet dominus rex terciam partem et Guillelmus de Mediona duas partes. In omni corio bovis habet dominus rex medietatem et Guillelmus de Mediona aliam medietatem. Quorium bonas<sup>3</sup> donat duos denarios. Et rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Salim donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Oleum donat vintenum et est Guillelmi de Mediona. Cleda donat vintenum et est Guillelmi de Mediona. Suchar donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Mel donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Gota opera ferri operati vel operandi donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Pegunta vintenum et est Guillelmus de Mediona. Alquitratum vintenum et est Guillelmus de Mediona. Ffusta tota, que veniat per mare, dat vintenum et est Guillelmi de Mediona. E *naps* vintenum et est Guillelmus de Mediona. Oleum de linos vintenum et est Guillelmus de Mediona. Tota opera *de boix* operata et operanda dat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Et si aliquis homo extraneus vendit hec vel emit navem vel galeam vel aliquod lignum gradum vel parvum donat vintenum et est Guillelmi de Mediona. Totus piscis salatus donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Sagimen donat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Sepum dat vintenum et est Guillelmus de Mediona. Unumquodque barchoum dat duos denarios, tam de vendicione quam de passatico, et sunt Guillelmi de Mediona. Sepa, qui adducantur per mare, vintenum et est Guillelmus de Mediona. Salmata aliorum, que adducantur per mare, vintenum et est Guillelmus de Mediona. Omnes iste leude de vinteno sunt Guillelmi de Mediona, tam de leuda quam de passatico. Et si mercator emerit aliquam rem de ista pecunia, habet ibi dominus rex sunt directum et Guillelmus de Mediona suum directum. Sendatum totum dat VI denarios. Et rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Totum pannus de hostha VI denarios et dividuntur per medium. Purpura, XII denarios. Sactitons XII denarios. Totus alius pannus de seda, de quacumque parte veniat vel sit XIII denarios,<sup>4</sup> et hoc totum quod est de pannis de seda dividitur per medium inter regem et Guillelmum de Mediona. *Paper* dat vintenum et est Guillelmi de Mediona. Iudei et sarraceni dant de quinta trentenum denarii. Et habet ibi dominus rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Pernilum vintenum et est Guillelmus de Mediona. Alium duos solidos *la carrega* et VII denarios et obolum de passatico. Et accipit rex duas partes et Guillelmus de Mediona terciam partem. Unaqueque tabula de *mercés* dat unam unciam piperis ad Pascham et aliam ad Pentecostem et aliam Natalem Domini. Et hoc totum est Guillelmus de Mediona. Unaqueque tabula de *drapers* dat unam unciam piperis ad Pascham et aliam Pentecostem et aliam Natalem Domini. Unaqueque tabula de *sabaters* dat unas soleas ad Pascha et alias ad Pentecostem et alias ad Natalem Domini. Et si tenent *sabates*, unaqueque tabula donet *sabates* per iamdictos terminos. Safranum, duos denarios de libra. Et dominus rex et Guillelmus de Mediona dividunt per medium. Unaqueque *closqueria* que cedeat in mercato dati *closch* de septimana et est Guillelmi de Mediona. Case Poncia Huga XVIII denarios ad Pascha et est Guillelmi de Mediona. Operatorium Iuliani XVIII denarios ad Pascha et est Guillelmi de Mediona. Operatorium *d'en Prims Saclau* VIII denarios ad Natali Domini et est Guillelmi de Mediona. Operarium, quod fuit Puiyol, duos solidos ad Natali Domini et est Guillelmi de Mediona. Operatorum de *barber* VIII denarios ad Pascham et est Guillelmi de Mediona. Case que fuerunt uxoris Gofredi de Garraff ad Ferragenali, XVIII denarios ad Pascham et est Guillelmi de Mediona. Operatorum Bernardi Dionisii XVIII denarios ad Pascham et est Guillelmi de Mediona. De unaqueque salmata salis de Cardona, unum pugnum, et est Guillelmi de Mediona. De unaqueque quarteria farine de *Francia*, unum pugnum, et est Guillelmi de Mediona. Unaqueque *flaquera*, que past panem ordeï vel frumenti, dat in unaqueque septimana unum denarium et est Guillelmi de Mediona. Tota farina, quam extraneus homo adducat, tam per mare quam per terram, de unaqueque salmata, unam pesam et est Guillelmi de Mediona. Et si descendit salmata de tribus quarteris inferius, donet duas partes de pesa et omnis homo istius ville, qui adducat farinam ad revendere, de una salmata media pesa, tam per mare quam per terram, et hoc est intelligere: quod si salmata descendat de cubus quarteris inferius, donet duas partes de media pessa et in hac tota farina accipit genus quod Petri de Alfodio terciam partem et alia tota est Guillelmi de Mediona. Quisvis tabernarius naturalis de Barchinona unam migeriam vini ad Pascha et aliam ad Pentecostem et aliam ad Natali Domini et hoc totum est Guillelmi de Mediona. Omnes homines extranehi, qui trahunt vinum per mare, de unoquoque casicio VI denarios et est Guillelmi de Mediona. Totus homo extraneus, qui ad ducit vinum, tam per mare quam per terram, dat duos denarios et obolum generis quod Petri Francisci de Alfodio per fenum et duo denarii sunt Guillelmi de Mediona. De salmata aliorum que adducuntur per terram unum furchum. Et in hoc habet Guillelmus de Mediona

duas partes et episcopus terciam partem. De salmata de sepis, que adducuntur per terram unum furchum. Et sunt due partes Guillermi de Mediona et tercia episcopi. Salmata de *cireres*, unum denarium. Et sunt due partes Guillelmus de Mediona et tercia episcopi et de prunis et de perticis similiter, et de pomis similiter, et de piris similiter, et de *permany* et de cogtavis similiter, et de nespulis similiter. Et in omnibus hiis accipit Guillelmus de Mediona duas partes et episcopus terciam. De unaquaque salmata de palis unum denarium. Et sunt due partes Guillermi de Mediona et tercia episcopi. In quartano olei accipit Guillelmus de Mediona duas partes et episcopus terciam. De unaquaque salmata /116v/ de totia vel de cupo, que adducatur ad vendendam, unum denarium. Et sunt due partes Guillelmus de Mediona et tercia episcopi. *Sogues e escombres*, que adducantur in colle una sogua et una *escombe*, et sunt due partes Guillelmus de Mediona et terciam episcopi. Et si adducantur in bestia de unaquaque salmata due *sogue* et *dues escombres*, et in hoc habet terciam partem episcopus et Guillelmus de Mediona duas partes. De duabus dotzenis de *sanalles*, que adducantur per mare, una *farralla* et est Guillermi de Mediona. Et si adducantur per terram, de una salmata una *sanalla*, si sunt grandes, et si sunt parve, *dues sanalles*. Et in hiis habet terciam partem episcopus et duas Guillelmus de Mediona. Unaquaque salmata de *archs* unum denarium et est Guillelmi de Mediona et in hoc accipit episcopus terciam partem. *Sufre* et *alcafol* dat vintenum et est Guillelmi de Mediona. *Orpiment* V solidos *la carga* et septem denarios de passatico. Et sunt due partes regis et tercia Guillelmi de Mediona. Et si descendit ad mediam cargam, est Guillelmi de Mediona et inferius. Omnes *budelleres* sunt Guillelmi de Mediona de macello. Linguis bovum et vaccarum sunt Guillelmi de Mediona et in hiis accipit episcopus terciam partem. Lumbi porci sunt Guillelmi de Mediona et accipit in hiis episcopus terciam partem. Unusquisque moltonus, qui adducatur ad vendendum, unum denarium et est Guillelmi de Mediona et in hoc habet episcopus terciam partem. Unusquisque *boch* unum denarium et est Guillelmi de Mediona et in hoc accipit episcopus terciam partem. Unusquisque porcus det V solidos inferius dat unum denarium, et usque ad septem solidos III obolum, et ad VII solidos superius duos denarios. Et est Guillelmi de Mediona et in hoc accipit episcopus terciam partem. Unusquisque porcus det V obolos, inferius dat unum denarium et usque ad septem solidos III obolum et ad XIII solidos superius duos denarios et est Guillelmi de Mediona. Et in hoc accipit episcopus tertiam partem. Unaquaque ovis unum obolum, et unaquaque capra unum obolum. Et sunt Guillelmi de Mediona et in hoc accipit episcopus terciam partem et hec omnia pertinent ad macellum et hec est hereditas Guillelmi e filie Bartholome de Barchinona cum farina et baronis et cum menuteriis macelli et fogariis. Unaquaque flaqueria dat unum denarium in unaquaque septimana, tam de pane frumenti quam ordeï et pugni et pense de farina. Hec omnia supradicta supradicte Guillelme pro sua hereditate.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et comes Barchinone ac dominus Montis Pussullani, laudamus, concedimus et confirmamus predicta, ut superius sunt distincta, mandantes firmiterque precipientes baiulis et vicariis et aliis hominibus nostris ut ea, que predicta sunt, faciant dari et tradi. Si quis autem contra hec predicta vel aliquod eorum, que superius sunt dicta, venerit, attemptaverit vel fecerit aliquem fraudem, ingenium sive maximacionem, quominus hec, que dicta sunt, possunt compleri, iram et indignacionem nostram se noverint incursum et pena mille morabatinorum nichilominus fiat.

Actum est hoc XII kalendas febraio, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo primo.

Sig- (*signe*) num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montis Pussullani.

Ego Dalmacius de Rochera hoc signum impressi mandato domini regis et meum (*signe*) impono et subscriptos testes scribi feci mandato meo. Sig- (*signe*) num Adonis, diaconi. Signum Petri Guillelmi, presbiteri, notarii. Sig+num Guillelmi Pontii de Sarriani, notarii. Sig- (*signe*) num Guillelmi de Ollesa, notarii. Sig- (*signe*) num Durfort, baiuli domini regis, salvo directo domini regis. Signum Petri Dorcha, notarii. Sig+num Petri de Bages, notarii.

Testes huius res sunt: Guillelmus, Terracone archiepiscopus, Nunus Sancii, comes, Peregrinus de Castro, Petrus Arnaldus de Cervaria, maiordomus regis, Fferdinandus Pedris de Pina, Guillelmus de Terracia, Berengarius de Prato, Petrus Grumii, Guillelmus de Prato, Aymericus Despiulis, Berengarius Despiulis, Hugo de Mataplana, Raymundus de Plicamanibus.

Signum (*signe*) Petri de Sancto Cucuphate, qui hoc scripsit pretexto Petri de Bages, notarii, cum litteris emendatis in linea XXX<sup>a</sup> ubi scribitur «rubeum» et in XL<sup>a</sup> ubi scribit «per medium et appositis», in XXXIII<sup>a</sup> ubi scribitur «dividunt», et in linea LXXI<sup>a</sup> ubi scribitur «et dampnatis», in LXVII<sup>a</sup> «infra hanc dictionem inferius et paragrafium die et anno quo supra». Signum Iacobi de Portu. Sig- (*signe*) num Petri de Ribalta».

Sig+num Guillelmi de Cabanes, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter a suo originali scripsit et clausit, cum litteris appositis in linea prima ubi dicitur «et per alfabetum divisa» et emendatis

in linea XXVIII<sup>a</sup> ubi dicitur «pessa de IIII<sup>o</sup> idus madii anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo».

Preinsertam copiam in sex foleis, incluso presenti, contentam sumpsit ego Ffranciscus Martini, notarius, civis Barchinone, a libro viridi sic vulgariter nuncupato, recondito in scribania domus honorabilis consilii dicte civitatis, ubi predicta, prout supra continentur, erant registrata, eandemque copiam cum ipso registro fideliter comprobavi hicque subscripsi in testimonium premissorum.

Ego Nicholaus Rocha, notarius publicus Gerunde, honorabilium iuratorum et concilii civitatis Gerunde scriba, predictum translatum subsignatum manu dicti Ffranciscus Martini, notarii, vidi et tenui ac perlegi et in hoc libro privilegiorum dicte civitatis Gerunde scribi et inseri feci et comprobavi et hoc manu mea propria scripsi die XXI<sup>a</sup>, febroarii, anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXXX<sup>o</sup> septimo.

1. Quod unam partem et si descendit ad mediam carregam, est Guillelmus de Mediona *escrit al marge dret*. 2. Pannus *escrit al marge dret*. 3. *Segueix bonas repetit*. 4. denarios *interlineat*.